



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore  
Animato Lib. VII.**

**Dandini, Girolamo**

**Parisiis, 1611**

Præfatio

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)



# HIERONIMI DANDINI

Cæsenatis, è Societate Iesu.

IN ARISTOTELIS DE ANIMA LIBROS.

COMMENTARII TOMVS III.

Qui tertij libri interpretationem continet.

PRÆFATIO.

Tertij li-  
bri prin-  
cipio.



VM ab eo loco, in quo Philo-  
sophus phantasiæ tractationem  
aggreditur, Magnus Albertus  
& Agidius tertij libri princi-  
pium fecerunt; perperam interio-  
riorem sensuum considerationem  
ita partiti sunt, ut de communi  
quidem sensu in secundo  
libro, de phantasia verò in tertio  
ageretur. Aut enim utraq. secundo  
libro cõprehendenda est, quæ  
admodum iudicavit Averroes, qui  
totam hanc peruestigationem sensuum  
sentientisque animæ propriam  
esse cum intelligeret, eo primùm  
loco tertium distinxit librum, ubi  
de intelligente parte differitur.  
Aut certè utraq. cum tertio atque  
intelligentis animæ contemplatione  
coniungenda. Quod mihi quidem  
certè latius esse videtur. Tum quod  
Græcos omnes interpretes ita  
partitos fuisse animaduertam.  
Tum quod magna omnino est  
interiorum horum sensuum cum  
intellectu cognatio: ut quamdiu  
hic degit in corpore, nil planè  
sine illis operetur: quin illis utatur  
perpetuo; siue in solatium  
cognitione versetur: siue actionem  
quoque respiciat. Quocirca nec de  
illius natura & operatione quatenus  
corporis actus est (quomodo  
consideratur hoc loco) dici poterat,  
nisi de phantasia simul & interiori  
sensu diceretur. Complures præterea  
erant, qui sensum ab intellectu,  
phantasiam à mente, non satis  
distinguerent. Siquidem opinio,  
inquit Philoponus, quæ intelligentis  
animæ est, magnam habet cum  
communi sensu & phantasia  
societatem & communionem: nec  
nisi ex mutua comparatione  
facile erat distinguere; neque  
prudens fuisset Philosophi de illis  
agere, aut equam distinctas  
facultates esse demonstrasset.

Superior igitur sententis animæ  
explicatio nequaquam est omni ex  
parte perfecta. Sed ea dumtaxat  
continet, quæ ad exteriores illos  
sensus pertinent, qui conspicui  
omnibus & manifesti sese offerunt.  
Cæterum duo desiderantur. Alterum  
de in-

terioribus sensibus, Alterum de  
motrice facultate. Vtrumque cum  
intelligente parte coniungatur.  
Hoc, quod homini quoque cum  
bestijs commune sit: & ideo  
postremo tractandum loco, quod  
tunc sentientem, tum intelligentem  
appetuum consideratur. Illud, ut  
à sensu intellectus separetur,  
similiter cum eo facilis explicetur.  
Tum vero Simplicitas, ut quantumcumq.  
rationis vestigium in sensum  
veniat, ex hac copulata  
consideratione intelligatur.  
Quippe inter ea, quæ proxima  
sunt, aliquæ solent esse  
communio: atque infimi  
supremum in infimo  
cognatum ferè reperias.

Et quidem Philoponus totius  
libri scopum esse institutum  
solam intelligentem animam,  
cum quoad substantiam, cum  
quoad facultates, esse voluit.  
Item sensum: sed de hoc  
propterea solum dicit, ut  
intelligentes facultates à  
sentientibus distinguantur.  
In cuius viri oratione magnopere  
illud obiter obseruari volo,  
quod intelligentis animæ  
substantiam quæri affirmavit.  
Ex quo duo sunt consequentia.  
Alterum, huius quoque animæ  
substantiam ad naturalis  
Philosophi cognitionem  
pertinere: Alterum, eam  
esse hominis formantem  
formam veramque humanæ  
naturæ partem. Quemadmodum enim  
separatarum mentium, quæ  
coelestibus affluunt orbibus,  
substantiam Physicus non  
considerat, sed operationem  
solam & motum: quod hæc  
operatio naturalis sit, non  
substantia. Ita si anima  
noltra corpori huic, quod  
gerimus, dumtaxat  
afflueret, substantiam  
penitus abstracta esse;  
operationem solam & facultatem,  
non substantiam, naturam  
contemplator Philosophus  
considerare posset. Existimo  
autem primariam quidem &  
præcipuam Aristotelis  
intentionem fuisse de  
intelligente eligentē animam  
dicere. Quod & ea præstantior  
est & diuiniore; & vegetante  
actione ferè explicatis  
peruestiganda supererat,  
cum nihil hæcenus de ea  
traditum fuerit. De  
interioribus autem  
sensibus, partim per se,  
partim propter intellectum  
egit. Per se quidem,  
quoniam intellectus  
sentientis animæ  
consideratio non  
dumtaxat erat  
perfecta, hæc-

